

quentiū seculorum. Nam non modò *Eginhardus* (n) de *Carolò Magnò* commemorat: eum barbara & antiquissima Carmina, quibus veterum Regum actus & gesta canebantur, scripsisse memoriæque mandasse; Verum etiam *Cantiones* quas vocant *Magisteriales* (die Meister-Gesänge) in quibusdam Imperii Germanici Civitatibus usitatas inde originem traxisse, verosimile fit doctis clarissimisq; Viris. (o) Ad Fidelium Hymnos uni vero Deo factos pedem si referimus, in Sacro Codice exempla penè innumera piarum Cantionū per sanctos Dei homines in laudē Numinis prolatarū reperim⁹. Talia sunt in V. T. Cantica *Mirjam*, (p) *Mosis* (q), *Deboræ* (r), *Hannæ* (s), *Mulierum Israeliticarum* (t). Præ cæteris verò *Davidem* non modò odas in honorem Dei composuisse metrò variò, *Josepho* docente,

A 4 (u)

(n) in *Vita Caroli M. p. m. 32. edit. Lips.* 1616 in 4. (o) *Bernegger in Tacitum de Mor. Germ. qu. 6. Wagenfeilius de Phoeniscis. Tenzelius Dial. Menstr. 1697. p. 417.* (p) *Exodi XV. 1.* (q) *Devt. XXXIII.* (r) *Judic. V. 1.* (s) *1. Sam. II.* (t) *1. Sam. XVIII. 6.*